Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26544
Copyright: Admont, Benediktinerstift



efficit beatissimum templum suum ef
ficit. ut beatissima templa sua. eruens
eos a potestate tenebrarum. et trans
ferens in regnum claritatis eterne. quod
incipit a regeneratione. Cum igitur habi
tacionem eius cogitas. unitatem cogi
ta. cogitacionemque sanctorum maxime in
celis. ubi propterea precipue habitare
dicitur. quia ibi fit voluntas eius.
perfecta per sancta in quibus habitat obedientia. De
inde in terra ubi edificans domum
suam habitat in fine seculi dedican
dam. xpm autem unigenitum dominum nostrum
dei filium. equalem patri. eundemque ho
minis filium. quo maior est patre. et ubique
non dubitas esse. totum presentem tan
quam deum. et in eodem templo dei. es
se tanquam inhabitantem dominum. et in
loco aliquo celi propter veri corporis
modum. De ecclesia quid sit ecclesia
Ecclesia sancta corpus xpi. est.
uno spiritu vivificata. et unita
fide una. et sanctificata. huius
corporis membra. singuli quique fide
lium existunt. omnes corpus unum.
propter spiritum unum. et fidem unam.